



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

63. Christus parvulos amplectitur, & manus eis imponit.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

Et ne nos inducas in tentationem. *Matth. 6. v. 13. Luc. 11. v. 4.* Sed libera nos à malo Amen. *Matth. 6. v. 13.*

MEDITATIO LXIII.

Christus parvulos amplectitur, & manus eis imponit.

I. **O**blati sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret. *Matth. 19. v. 13. Marc. 10. v. 13.* Afferebant ad illum & infantes, ut eos tangeret. *Luc. 18. vers. 15.* Quod cum viderent discipuli, increpabant illos. *Luc. 18. v. 15. Matth. 19. v. 13.* Discipuli comminabantur offerentibus. *Marc. 10. vers. 13.*

II. Quos cum videret Iesus, indignè tulit, & ait *Marc. 10. v. 14.* convocans illos: Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos: *Luc. 18. v. 16.* ne prohibueritis eos: *Marc. 10. v. 14.* talium est enim regnum cælorum. *Matth. 19. v. 14.* regnum Dei. *Marc. 10. v. 14. Luc. 18. v. 16.* Amen dico vobis; Quisquis non receperit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud. *Marc. 10. v. 15. Luc. 18. v. 17.*

III. Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos. *Marc.*

10. & 16. Et cum imposuisset eis manus,
abiit inde. *Matth. 19. & 15.*

MEDITATIO LXIV.

*Christus certior fit de Lazari
infirmirate.*

I. **E**Rat quidam languens Lazarus à Be-
thania, de castello Mariæ, & Marthæ
sororis ejus. (Maria autem erat, quæ unxit
Dominum unguento, & extersit pedes ejus
capillis suis: cujus frater Lazarus infirma-
batur.) *Ioan. 11. & 1. & 2.*

II. Miserunt ergo sorores ejus ad Ie-
sum, dicentes: Domine, ecce quem amas,
infirmatur. Audiens autem Iesus, dixit eis:
Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro
gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eam.
Ioan. 11. & 3. 4.

III. Diligebat autem Iesus Martham, &
sororem ejus Mariam, & Lazarum. Vt ergo
audivit quia infirmabatur, tunc quidem
mansit in eodem loco duobus diebus. *Ioan.
11. & 5. & 6.*

MEDITATIO LXV.

*Christus quarto primùm die Betha-
niam venit.*

I. **P**ost hæc dixit Iesus discipulis suis: La-
za-